

P R O

(P.) (D.)  
vuln. (3)  
data.

# D. Co. Ludouico Vicecomite Borromæo

A D V E R S V S

## Reg. Fiscum, & Communitatem Gorlæ maioris.

ADSIT SPIRITVS SANCTVS.

 Ontendunt Regius Fiscus, & Communitas Gorlæ maioris reduci debere ad manus Regiæ Cameræ præstationem annuam libr. 80. præstari solitam d. D. Comiti eiusq; antecessoribus per ipsam Communitatem, & hoc ex dupli capite, Vel altero eorum, quia scilicet illud non notificauerit D. Comes in termino præfixo per proclama Magistrale diei 26. Martij 1636. pro executione proclamatis S. E. reducentis census Communitatum ad rationem quinque pro centenario diei 20. suprascripti.

Vel etiam quia eundem redditum non propalauerit pro executione proclamatis eiusdem Excellentiae diei 9. Februarij 1640. indicentis renouationē Inuestiturarū, & iuramento rum fidelitatis feudatarijs, atq; propalationem titulorum à Principibus huius dominij habitorum super feudis, alijsq; iuribus feudalibus in feudum receptis.

Neutro tamen ex capite audiendi sunt, sed D. Comes penitus absoluendus ab omni molestia.

Quod enim attinet ad proclama reductionis censuum, dicimus D. Comitem non esse in casu, & ubi esset in casu, quod prorsus diffitemur, excusandum fore.

Quod non sit in casu, constat eo ipso, quod Fiscus, nec Communitas probant omnes qualitates requisitas à proclamate indicente pēnam omissionis in præiuditium non propalantis census; receptissimum autem est, & paſsim habetur, apud Doctores, qualitates statuti, ordinis, seu decreti probados esse ab

ab illo, qui super decreto, seu statuto se fundat, ex Bartolo in  
l. i. §. quod autem ait Pratorff. ne quid in flum. pub. Becc. in conf.  
§. 3. nu. 9. S. und. decis. 5. 6. nu. 2. & alibi sāpē, maximē quando  
agitur ad pēnam, Farin. in conf. 10. sub nu. 24. conf. 24. nu. 14.  
in fin. & conf. 6. 2. sub nu. 7. in fin. in conf. 6. 5. nu. 4. Ciurb. in conf.  
6. 3. num. 12. et si plures qualitates requiruntur à pragmatica,  
omnium concursus probandus est, Ciurb. in conf. 77. nu. 1. &  
conf. 9. 3. nu. 12.

Qualitates autem à proclamate requisitæ, sunt quod agatur de  
censibus, seu redditibus per Communitates constitutis, &  
venditis; quodq; excedant annua quinque pro centenario, &  
in ea quantitate sit excessus, ut soluta dimidia Reg. Camere  
aliquam vtilitatem sentiat Cōmunitas ex reductione, quæ  
vtilitas non aliter intercedere potest, quām si agatur de red  
ditæ ratione saltem sex pro centenario, secus si ageretur de  
redditu, puta ratione quinque cum dimidia, grauarentur po  
tius Cōmunitates, cum onere notificationum, tūm solutio  
num bipartitè faciendarum etiam exactoribus Camerali  
bus infestioribus longè, quām sint personæ priuatae.

Addi potest alia qualitas, vt scilicet agatur de censibus consti  
tutis ex causavigentis belli, cuius initium defumitur ab anno  
1613., de his enim loquitur proclama, attenta causa finali,  
de qua in proemio, & qua causa finalis dans esse rei fortius  
probanda erit tamquam substantia potius, quām qualitas.

In hypothesi autem nostra nulla ex præmissis qualitatibus ap  
paret ex aduerso probata.

Non apparent, quod dictus redditus, siue censum vocemus, sit de  
illa specie, de qua loquitur proclama, intelligendum n. est  
secundūm communem vsum loquendi inter nos, quod re  
gulare est in quacunq; dispositione vt verba intelligentur  
secundūm communem vsum loquendi, & consuetudinem  
regionis, vt per text. in l. liberorum §. quod ramen ff. de legat. 3.,  
& ibi Bart. cum concordan. apud Barbos. tract. var. Axiom. 222.  
nu. 7. Crat. cap. 79. num. 29. notorium autem est inter nos ap  
pellatione censum, & redditum passiuorum Communi  
tatem venire illos, qui constituuntur secundūm formā Bullæ  
Pij V. qualis esse non potest præstatio, de qua agimus, qua

erat

erat in rerum natura vsque de tempore Comitis Vitalianis  
Vicecomitis Borromæi fideicommittentis longè ante Bulle  
lam. In tal. etiā capitulo, in quo dicitur, quod de censibus  
Non apparent etiam de qualitate quod sit redditus constitutus  
per Communitatem, & venditus, vt loquitur proclama, sci  
mus enim vocem census esse æquiuocant, cùm de pluribus  
censum generibus prædicetur teste Cencio de censib. q. 1. n. 1.  
& omissis alijs generibus, intelligi potest de censu seu red  
ditu reseruatio, ut quando aliquid transfertur in alium, &  
dominus transferens reseruat sibi aliquid annum præ  
standum, vel de redditu emphyteotico, aut libellario, vel ēt  
de censu consignatio, vt distinguit & declarat idem Cenc.  
d. q. 1. per tot. quam distinctionē agnouit Rot. Roman. coram  
Pirou. vt in decis. 431. nu. 30. post tract. Cenc. de censib. eāde m  
refert Car. Moneta inter resolution. Caren. resolut. 174. nu. 16.  
& 17. vel etiā intelligi potest de censu consignatio, qualis  
est census, quem quis constituit super proprijs bonis.

Cùm autem proclama loquatur præcisè de censibus, & red  
ditibus constitutis, & venditis, & sic de consignatiis, præ  
statio verò de qua agimus esse possit vel redditus consigna  
tius, vel libellarius, vel reseruatus, dubia, & incerta euat  
dit probatio huius qualitatis à statuto requisitæ, consequen  
ter suffragari non potest Fisco, nec Communitati, & tamen  
vt supra dictum est ex Farinac. & alijs, probatio qualitatum  
requisitarum à statutis, & pragmaticis, maximē pœnalibus,  
debet esse certa, & indubitata.

Minus probata fuit alia magis essentialis qualitas, id est, quod  
redditus constitutus fuerit ratione supra quinque pro cen  
tenario, si enim non constat de originali natura huius præ  
stationis, nec etiam dici potest, quod ratione potius quatuor,  
aut quinque pro centenario, quām ultra, fuerit constituta,  
eo enim ipso, quod dicitur quinque pro centenario de capi  
tali, connotatur capitale tanquam correlatiuum necessa  
rium, simultanea etenim est correlatiuum natura, nec vñ  
stare potest sine alio, vt notorium est axioma iuris, de quo  
Barbos. axio. 6. 1. cui accedit, quod reductio census fit propter  
laesionem, quæ superuenit tractu temporis, quæ diuidit in nō  
potest,

*potest, nisi inspiciatur census origo, Moneta d. resol. 174. ante  
num. 9.*

*Excluditur etiam ex facie ipsius rei, alia qualitas, hoc est quod  
agatur de cenu constituto ex causa necessitatis, quæ eue-  
nerit ob bellum infortunia, de quibus, ut dictum est, loquitur  
proclama, cuius verba in hunc sensum potius sumenda sunt,  
tum quia in dubio verba sunt interpretanda contra illū, qui  
se fundat in illis, i.e. veteribus ff. de pactis, tum quia in disposi-  
tionibus odiosis, & pœnalis, attenditur sensus, qui minus  
nocet, & ex quo excludatur pœna.*

*Non omittendū etiā pœnam hanc ammissionis redditus ob nō  
factam propalationem, quæ est confiscatio, non fuisse impos-  
titam in proclamate S.E., sed ab ipso Illustris: Magistratu,  
& tamen confisicationis impositio est reseruata summis Ma-  
gistratibus non recognoscitibus superiorem, Ciurb. in cons.  
58. sub num. 5. prout etiam reseruata est impositio mulctæ,  
& cuiuslibet pœnæ, ex Menoch. de Arbitr. q. 74. nu. 12. Ciurb.  
cons. 75. n. 10., ideò eatenus tantum competit Magistratibus  
quatenus à supremo Principe, vel à statuto concessa est, Iaf.  
in cons. 46. lib. 3. Peregrin. de iur. ff. lib. 5. tit. 1. nu. 27. Rhaudens.  
qui loquitur de Magistratibus Mediolani de Analog. c. 33.  
num. 128. eo magis stante dispositione ordinum Thomari-  
ensem districte mandantium per Tribunalia seruari dispo-  
sitionem iuris communis, & Nou. Constitut.*

*Ideò ad terrorem potius huiusmodi pœnæ censetur comminatæ  
ex Farinac. in fragment. vers. Bannum.*

*Vel etiam per exhibitionem iurium, super quibus fundatur ex-  
actio dictæ præstationis ante declaratoriam, & ante quæsitū  
ius Fisco, vel factum deterius, purgata fuisset morare inte-  
gra, ideò cessaret pœna amissionis, eo magis cum inducta  
non sit propter delictum in committendo, sed in omittendo,  
ex deductis per Osach. decif. 71. n. 55. seqq. & antic. decif. 270.  
nu. 2. seqq. Ciurb. cons. 33. nu. 9. 10., & in dubio ita declaran-  
dum, Osach. d. decif. 71. in fin. quam decisionem sequutus est  
Senatus Cathaloniæ apud Fontanell. de pact. nuptial. claus. 1.  
num. 49.*

*Ceterum vbi adhuc esse mus in casu proclamatis, quod non ad-  
mittitur,*

*mittitur, clementibus dolo, fraude, & contemptu, qui exclusi  
remanent per quamcunq. causam iustæ, imo etiam iniustæ  
credulitatis, quod casus non sit comprehensus ex Crat. cap.  
17. n. 10. Altograd. in cons. 90. n. 39. seqq. & cons. 84. n. 59. seq:  
cessat & pœna, negari autem nō potest quin ex præmissis iuste  
credere potuerit D. Com. casum hunc nō esse cōprehensum.*

*Quod autem spectat ad aliud proclama diei 9. Februarij 1640.  
iniungens renouationem iuramentorum fidélitatis, & in-  
uestiturarum, & productionem titulorum, minus afficit præ-  
stationem de qua agimus, minusq; ex omissione produc-  
tis prætendi exaduerso potest eiusdem præstationis amissio;  
eadem præcipue ratione, de qua supra, quia scilicet non pro-  
batur exaduerso concursus qualitatū ab eodem proclamate  
requisitarum, loquitur enim expresa proclama de possiden-  
tibus feudi di Città, Terre, loghi, & altri beni & ragioni feudali  
per se, & suoi antecessori ricevuti in feudo &c. & riconosciuti dalli  
Duchi di Milano &c.*

*Probandum igitur fuisse exaduerso, quod dicta præstatio sit  
feudalis in sui origine, & recepta in feudum, vel quod saltē  
recognita fuisse tanquam proueniens à Mediol. Princi-  
bus, qui per tempora fuerunt, quorum neutrum probatum  
fuit, nec adeò de facili probari potuisset; si enim de origine  
huius præstationis constare nō potuit retroactis temporibus  
in specie d' anno 1599. quo cepta fuit lis inter D. Petrum  
Fräscum Vicecomitem, & Communitatem, quo tempore  
verisimiliter recentior fuisse memoria, eo minus nouissimè  
post quinquaginta annos constare poterit.*

*Nec dicatur feudalem præsumi præstationem, tanquam pro-  
uenientem à Communitate, quia hoc repugnat receptissimæ  
in iure, & in foro conclusioni, vt quælibet res præsumatur  
libera, & allodialis, & non feudalis, de qua Menoch. de pref.  
lib. 3. præf. 9. 1. nu. 1. Rosental. de feud. cap. 12. conclus. 14. n. 10.  
Surd. cons. 135. num. 24. Seraphin. de cif. 894. nu. 1. & alij apud  
Caren. resol. 112. nu. 11. & resol. 167. nu. 1. multò magis cum  
non appareat pro ista præstatione soluta fuisse onera feuda-  
lia, puta onus annuatæ, Caren. resol. 211. ex hac in solutionis  
omissione magis firmatur allodialitas, quodq; res tanquam  
talis fuerit possessa.*

Hinc

**Hinc est ut dominus & quilibet aliis agens ad auocationem rei etiam per viā deuolutionis sub prætextu feudalitatis, tenetur hanc qualitatem plenē, & concludenter probare, se-  
cū si probatio aliqualiter sit turbida succumbit, Boſius de  
Princip. nū. 47. Surd. in cons. 151. n. 46. & alijs relatis per Caren.  
d. resolut. 112. sub nū. 1.**

**Quod procedit etiam si ageretur de re ex sui natura feudali,  
seu regali, etiam si possessor non ostenderet titulum, Caren.  
ibid. sub n. 6. fortius igitur cū agamus de annua præstatione,  
quæ ex sui natura non tām potest esse feudalis, quām allo-  
dialis, & vbi esset feudalis, potuerit concedi vel in feudum,  
vel in allodiū, ut de pluribus regalijs videmus pāsim, quod  
possidētur per priuatos, tanquam allodialia, & in dubio con-  
cessio præsumitur fuisse in allodium, Saccā Parmen. in cons.  
83. nū. 6. vbi agit de datio, proclama verò in specie requirat,  
quod res data fuerit in feudum, consequenter nec etiam ex  
hoc capite fundata est Fisci, nec Communitatis delatricis  
intentio.**

**Non etiā relevabit si dicatur Vicecomites fuisse in quasi posseſſione exigendi. hanç annuam præstationem vti feudatarios  
dicti loci Gorle majoris, tūm quia apparet de aperta erronei-  
tate assertionis, eo ipso, quod constat eodem non fuisse un-  
quam illius loci feudatarios, quam erroritatem agnouit  
Egr. q. D. Fisc. Rubeus in suo voto edito anno 1614. in con-  
trouersia vertente inter d. D. P. Franciscu patrem D. Co. Lu-  
douici, & eandem Communitatem, delegata per S. E. Egr.  
tunc D. Fisc. Maldonato, tūm etiam quia in omnem casum  
cūm potuisset feudum concedi in allodium cūm omnibus  
iuribus feudalibus, Oldrad. cons. 159. adhuc probandum esset  
in hoc casu, quod concessio huius præstationis facta fuisset in  
feudum, ut requirit proclama.**

**Quibus subordinatè accedit, quod stantibus bona fide, abſen-  
tia dolii, & contemptus, & iusta causa credendi, quod nō esset  
in casu proclamatis, & alijs supra consideratis super alio ca-  
pite alterius proclamatis, locus esset excusationi, prout in  
dubio pronunciandum ex Qſaſc. d. decif. 71. in fin. Et ita &c.  
ſal. tamen &c.**

Io. Petrus Stampa I.C.